

VOTVM NVPTIALE

in felicissimum auspiciū Nuptiarum Tertiarum
Viri virtute præstantis
nec non Literis

CONSPICVI DNI. IOHANNIS

VVICK, CIVIS RIGENSIS, SPONSI,
Matrimonium contrahentis,

cum

Lectissima Pudicissimaque, Virgine,

ANNA SPECTABILIS NEC

NON INTEGERRIMI VIRI, DNI. IOACHIMI
GANSCHAVII, MAIORIS COLLEGI I SENIORIS,
Filia dilectissima, observantæ ergo conscriptum

BALTHASARE BENCKENDORFFIO Rig. Liv.

Nunc iuvat exili tadas celebrare jugales
Carmine, connubij dicere jura iuvat.
Musa mihi tantas largire sacerrima vires,
Musa jube, facili carmen ab ore fluat.
Paucos ante dies nostras pervenit ad aures
Jucunda è Patrio fama relata solo,
Tertia nunc thalami reparari vincla sacrat,
Jucundiq; novas nunc tibi Wicke faces.
Gratulor ergo tuis vir præstantissime captis,
Et te felicem terq; quaterq; cano.
Namq; duas quamvis violenta lege maritas
Atropos in tumulos jussit ire suos;
Non tamen isti fas erat occubuisse dolori,
Tristia quem toties fata dedere tibi.
Quare iterum Cypris vellit de corde dolorem
Ipsa tuo, reddens gaudia leta tibi.
Ipsa tibi talem nunc jungit prompta puellam,
Qua clarum claro stemmate nomen habet.

Quam decorat summi reverentia maxima Jova,
Quam decorat miris forma venusta modis.
Hem salve, oblata feliciter utere prada,
Utere felici prosperitate tua:
Hem salve, & posita pete nunc formidine lectum,
Quo residens Sponsum te tua Sponsa vocat.
Et tu Sponsa tuo nunc concipe gaudia corde,
Quod tibi contingat labra movere viro:
Quem pietas, probitas, virtus, & stemma celebrat,
Quem quoq; Musarum pulpita laude beant:
Serviat huic uni mens hunc tua diligit unum,
Huc figas labris oscula blanda tuis.
Aurea conjungat vestras concordia mentes,
Absit & à vestro lis malefida thoro:
Pignora quo thalami possitis cernere vestri,
Tempora Nelide vivere lata senis:
Hac opto, precor hac jmo de pectore vobis,
Confirmet summus nunc mea vota DEVS.

Riga Livonum Typis Nicolai Mollini.

Anno 1615.

VOTVM NVPTIALE
in felicissimum auspiciū Nuptiarum Tertiarum
Viri virtute præstantis
nec non Literis

CONSPICVI DNI. IOHANNIS
VVICK, CIVIS RIGENSIS, SPONSI,
Matrimonium contrahentis,

cum
Lectissima Pudicissimaque, Virgine,
ANNA SPECTABILIS NEC

NON INTEGERRIMI VIRI, DNI. IOACHIMI
GANSCHAVII, MAIORIS COLLEGI SENIORIS,
Filia dilectissima, observantiz ergo conscriptum

BALTHASARE BENCKENDORFFIO Rig. Liv.

Nunc iuvat exili tadas celebrare jugales
Carmine, connubij dicere jura iuvat.
Musa mihi tantas largire sacerrima vires,
Musa jube, facili carmen ab ore fluat.
Paucos ante dies nostras pervenit ad aures
Jucunda è Patrio fama relata solo,
Tertia nunc thalami reparari vincla sacra,
Jucundiq; novas nunc tibi Wicke faces.
Gratulor ergo tuis vir præstantissime captis,
Et te felicem terq; quaterq; cano.
Namq; duas quamvis violenta lege maritas
Atropos in tumulos jussit ire suos;
Non tamen isti fas erat occubuisse dolori,
Tristia quem toties fata dedere tibi.
Quare iterum Cypris vellit de corde dolorem
Ipsa tuo, reddens gaudia leta tibi.
Ipsa tibi talem nunc jungit prompta puellam,
Qua clarum claro stemmate nomen habet.

Quam decorat summi reverentia maxima Jova,
Quam decorat miris forma venusta modis.
Hem salve, oblata feliciter utere prada,
Utere felici prosperitate tua:
Hem salve, & posita pete nunc formidine lectum,
Quo residens Sponsum te tua Sponsa vocat.
Et tu Sponsa tuo nunc concipe gaudia corde,
Quod tibi contingat labra movere viro:
Quem pietas, probitas, virtus, & stemma celebrat,
Quem quoq; Musarum pulpita laude beant.
Serviat huic uni mens hunc tua diligat unum,
Hinc figas labris oscula blanda tuis.
Aurea conjungat vestras concordia mentes,
Absit & à vestro lis malefida thoro:
Pignora quo thalami possitis cernere vestri,
Tempora Nelida vivere leta senis:
Hac opto, precor hac jmo de pectore vobis,
Confirmet summus nunc mea vota DEVS.

Riga Livonum Typis Nicolai Mollini.

Anno 1615.